



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Libelli Cvivsdam Antverpiæ Nuper Editi Contra  
Serenissimvm D. Ioannem ab Austria, Gubernatorem  
generalem inferioris Germaniæ, qua parte conscientiæ, vt  
vocant, libertas in eo requiritur, breuis & ...**

**Lens, Jean de**

**Lovanii, 1578**

Praefatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30345**

## PRÆFATIO.

V P E R admodum eatus est  
Antwerpia typis Christophori  
Plantini Libellus sine authoris  
nomine, sed non sine privilegio  
Archiduci Matthei ab Au-  
stria, aduersus eum librum, quo non ante multo  
Serenissimus Princeps D. IOANNES A B  
A U S T R I A , huius inferioris Germania Gub-  
ernator, suam quondam intentionem decla-  
rauerat; cui propterea titulus erat, Declara-  
tio intentionis D. Ioannis ab Austria . Qui  
liber simulatq; in manus nostras venit (serius  
autem venit quam volui, cum rumor nescio  
quis eo de libello spargeretur) perlegi studijs  
eo præsertim in loco, ubi paginis aliquot religio-  
nis causa tangebatur. Hic vero quisquis author  
ille est, haud sane fidei hominem se esse demon-  
stravit: simul etiam in falsam opinionem ac tal-  
ebolicis Episcopis, Universitatibusq; huius no-  
stri Belgij vehementer, quantum in ipso qui-  
dem situm fuit, simpliciores multos adduxit,  
Quocirca visum est committendum non esse,  
ut liber hac præcipue in parte perniciosus, sine  
omni confutatione, quod vellet, persuadere  
sineretur.

A 2 Prin-